

scat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; Cunctis autem eisdem locis sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniatur. Amen. Amen. Amen.

Alexander PP. & S. S. R. Card. sub- scriptiones.

- EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subsc. Ego Ubaldus Ostien. Episcopus subsc. Ego Gualterius Albanen. Episcopus subsc. Ego Joannes S. R. E. Presb. Card. tit. S. Anastasiæ subsc. Ego Guillelmus Presbyter Cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula subsc. Ego Bosio Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Pastoris subsc. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Damaso subsc. Ego Joannes Presbyter Cardinalis tit. sancti Marci subsc. Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subsc. Ego Cintius Diaconus Cardinalis sancti Adriani subsc. Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum subsc. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippæ subsc. Ego Vitellius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi subsc. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro subsc. Dat. Anagninæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiac. & Not. V. Kal. Aprilis, Indiæ. VI. Id. carn. Dom. anno MCLXXIII. Pontif. verò D. Alex. PP. III. anno XIV.

Dat. die 18. Martii anno Dom. 1173. Pontif. anno XIV.

Edidit Campi Hist. Placent. Tom. II. in Reges.

LXIX.

Ut decimam Clausi Monasterio sancti Savini Placentinæ Diocesis, injuste ab Hugone Episcopo ablatam, eidem restituat.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri T. Placentinæ Episcopo salutem & apostolicam benedictionem.

Significantibus nobis dilectis filiis nostris Abbate & fratribus sancti Savini, ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum bonæ memoriæ Arduinus quondam Placentinus Episcopus, & alii prædecessores sui, eorum Monasterio decimam Clausi, juxta sanctum Ambrosium sibi, divini amoris intuitu contulissent, sicut in instrumento publico noscitur contulissent, tandem prædecessor tuus bonæ recordationis Hugo, qui fuit postmodum Tusculanus Episcopus, eis præscriptam decimam pro sua voluntate subtraxit, & in cast. .... unam vegetem vini ipsius annuatim subtraxit. Cæterum quia honor tibi est, & a tua laudem respicere, & salutem, si rationabilia instituta prædecessorum tuorum observare curaveris, & correxeris, si que ab aliquo eorum illicitè sunt attentata: fraternitatem tuam monemus attentius, & mandamus, quatenus violentiam prædicti Hugonis prædeces-

foris tui in hac re non imiteris: sed præscriptam decimam præfato Abbati & fratribus suis pro reverentia B. Petri & nostra, non expectato iudicio, sine molestia & contradictione restituas, & in pace dimittas, sicut prædictus Arduinus prædecessor tuus etiam ipsis contulisse dinoscitur, & in instrumento publico continetur: & annuatim præscriptam vegetem plenam vino juxta consuetudinem prædicti Arduini & prædecessorum suorum præscripto Monasterio facias exhiberi, ita quod memorati fratres pro salute tua apud Altissimum jugiter votivis cordis affectibus intercedant, & nos exinde charitatem & prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendemus.

Datum Anagninæ, VI. Idus Aprilis.

Dat. die 8. Aprilis anno Dom. 1173. Pontif. anno XIV.

LXX.

Confirmatio jurium ac bonorum omnium ad Teatinam Ecclesiam pertinentium.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Andrea Teatino Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex Authentico in Archiv. Vatican. Basilicæ editis & libell. Ital. Sac. Tom. VI. ubi de hac Ecclesia.

IN eminenti Sedis Apostolicæ specula, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio fratres nostros Episcopos sincera charitate diligere, & Ecclesiis sibi commissis suam debemus justitiam conservare; pro ipsarum quoque statu nos oportet satagere, atque earum quieti & utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Eapropter, venerabilis in Christo frater Episcopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & prædecessorum nostrorum sanct. mem. Nicolai II. Paschalis II. & Eugenii III. Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, B. Thome Teatinam Ecclesiam, cui Deo auctore præfate dignoscitur, sibi B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quascumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & his, qui post vos successerint, & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda nominibus; Parochiam Teatinæ Ecclesiæ, sicut antiquis & justis limitibus terminatur, scilicet a Stafflo inter montes, & ipso monte de Ursâ, & quomodo pergit in Coza, & ponit terminum in aqua subtus usque ad aquam Sonulani, & quomodo pergit in montem de Reste, & vadit per crinis montem, & qualiter pergit usque montem Selani, & quomodo pergit in ipso flumine, qui dicitur Trinium usque ad littora maris, & per littora maris usque in Piscariam, & redit in priora sinem, videlicet in prædicto Stafflo. Præterea ipsam Teatinam civitatem, castellum Trevelianum, Villam magnam, Montem Filardi, castellum Orni, castellum Scurcula, castellum S. Pauli, castellum quod dicitur Furca, castellum Genestrulæ, & castellum S. Cosidii cum eorum

rum pertinentiis; ultra Piscariam vero, castellum montis Silvani, Ecclesiam S. Mariæ in Rigoli, castellum Scurcula, castellum Lustiniani, Ecclesiam S. Mariæ de Populo, Ecclesiam sanctæ Justæ cum pertinentiis suis: in Aterno plebem sancti Leguntiani & Domitiani, Ecclesiam sancti Thome, Ecclesiam S. Salvatoris, Ecclesiam S. Jerusalem, & Ecclesiam sancti Nicolai, cum omnibus earum pertinentiis, decimam pontis & portus Aterni: in Buclanico Ecclesiam sancti Salvatoris & sancti Angeli cum decimis Comitum, plebem sancti Silvestri, decimas Comitum in Castello sancti Angeli trium finium, & decimas castellorum, que in Teatino Episcopatu sub dominio Comitum Roberti de Rotello fuerunt, & quod Teatina Ecclesia in castello Septi tenet, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Bari, Ecclesiam sancti Blasii in Lanciano, Monasterium sancti Martini de Pallitta, Ecclesiam sancti Lentii in Atissa cum omnibus pertinentiis suis, Monasterium sancti Joannis in Arelano, Monasterium sancti Angeli in Cirnaclano cum omnibus pertinentiis suis, in monte Ondesii Ecclesiam sancti Nicolai, & medietatem Ecclesiæ sanctæ Mariæ, Ecclesiam sancti Salvatoris, & Ecclesiam sancti Petri cum pertinentiis suis, Monasterium sancti Mauri cum beneficio suo, Monasterium sancti Salvi, Ecclesiam sancti Nicolai de Heremitano, in Ortona Ecclesiam sanctæ Mariæ, & sancti Georgii cum earum pertinentiis, Monasterium sanctæ Mariæ in Basilica: in civitate Luperalii plebem sancti Petri cum pertinentiis suis, Monasterium sanctæ Mariæ in Palatio, Ecclesiam sancti Jacobi de Turcella cum pertinentiis earum, Monasterium S. Pancratii, Monasterium S. Mariæ de Letto cum Casale aliisque ad ipsam pertinentibus, Monasterium sancti Martini in Valle, Ecclesiam sancti Justiniani in Casule, in castro Bussi plebem sanctæ Mariæ cum pertinentiis suis, plebem sancti Martini filiorum Tresidii, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Casa Candidelle, Ecclesiam sancti Petri in castro Lori, Ecclesiam sanctæ Mariæ in Bianco, Ecclesiam S. Basilii, Monasterium sancti Petri in Campis, Ecclesiam S. Nicolai de Sunnio viculo, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Latro, in Abbatejo plebem sancti Martini cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Francisci de Plebe, plebem de Juliano, plebem sanctæ Cæciliæ, plebem de Pizzocortano, Ecclesiam sanctæ Lucie de Argelli, Ecclesiam sancti Lini, plebem de Ovele, plebem sanctæ Mariæ de Caramanico, plebem sancti Joannis de Abbatejo, Ecclesiam sancti Cosidii, & Ecclesiam sancti Pontii de sancto Valentino, in castello de Tocco Ecclesiam sanctæ Mariæ, in Perle Ecclesiam sancti Eustasii, Ecclesiam sancti Martini de Fara inter montes, Ecclesiam sancti Joannis de Pederà, Ecclesiam sancti Joannis de Cantalupo, Ecclesiam sancti Salvatoris de Limari, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Sparpalia, Ecclesiam sancti Nicolai de Ilice, Ecclesiam sancti Salvatoris de valle Surda, Ecclesiam sanctæ Mariæ de valle Carunclii, Ecclesiam sanctæ Trinitatis de Faragine, Ecclesiam sancti Joannis in Valdo cum omnibus pertinentiis earum, Ecclesiam S. Petri de Troja, Ecclesiam S. Mariæ de Tessa. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus

fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo jure beati Petri proprietatis, & Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniatur. Amen. Amen.

- EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subsc. Ego Ubaldus Ostien. Episcopus subsc. Ego Bernardus Portuensis, & sanctæ Rufinæ Episcopus subsc. Ego Guillelmus Presbyter Card. tit. S. Petri ad Vincula subsc. Ego Bosio Presb. Cardinalis S. Pudentianæ tit. Pastoris subsc. Ego Petrus Presb. Card. tit. sancti Laurentii in Damaso subsc. Ego Joannes Presbyter Cardinalis tituli sancti Marci subsc. Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Cæciliæ subsc. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Sufannæ subsc. Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subsc. Ego Cintius Diac. Card. sancti Adriani subsc. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ subsc. Ego Vitellius Diac. Card. sanctorum Sergii & Bacchi subsc. Ego Ugo Diac. Card. S. Angeli subsc.

Datum Anagninæ per manum Gratiani sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, & Notarii, IV. Kalendas Octobris Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXIII. Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ III. an. 10 XIV.

Dat. die 18. Septem. anno Dom. 1173.

LXXI.

Confirmatio sententiæ, late a Brixienti Episcopo in controversia inter Placentinum Episcopum, & Parmensem, super Ecclesia Castri Speculi, & Ecclesia sanctæ Christianæ, quæ Placentino adjudicantur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Placentino, salutem & apostolicam benedictionem.

Edidit Campi Hist. Placent. Tom. II. in Reges.

EX literis venerabilis fratris nostri Brixientis Episcopi nobis innotuit, quod ipse recepto mandato nostro super Ecclesia, quæ est in castro Speculi, & Ecclesia sanctæ Christianæ, de quibus inter te, & venerabilem fratrem

H h h z no.

nostrum Parmensem Episcopum controversia vertebatur: de causa ipsa, quae ei fuerat, appellatione remota, commissa, cognovit: & auditis rationibus & allegationibus utriusque partis, de consilio prudentum virorum, sicut ex scripto sententiae per publicam manum notato manifeste perpendimus, utramque Ecclesiam tibi adjudicavit, & a praefato Parmense in petitione te super praedicta Ecclesia de Speculo apostolica auctoritate fretus absolvit. Nos itaque.... robore convalescere, quod de mandato & auctoritate nostra rationabiliter factum esse dignoscitur, sententiam praedicti Braxiensis Episcopi, sicut ab eo rationabiliter lata est, & in ejus scripto authentico continetur, ratam habentes & firmam, eam auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus: Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Anagnina VI. Id. Novembris.

Die die 2. Novemb. anno Dom. 1173. Pontif. anno XV.

Ex Ugell. Ital. Sac. T. VI. ubi de hac Ecclesia.

Proemium.

Bona omnia, subiectaque Ecclesiae confirmantur.

LXXII. Privilegium confirmationis bonorum Capuanae Ecclesiae, quae enumerantur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Alfano Capuano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

CUM ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio, quo cunctis Christi fidelibus ex superni dispositione arbitrii preeminemus, singulorum paci & tranquillitati debeamus intendere; praesertim pro illorum quiete oportet nos esse sollicitos, qui pastoralis dignitate sunt praediti, & ad officium Pontificale promoti; nisi enim nos, eorum utilitatibus intendentes, ipsorum dignitate, & una, in quantum Deo permittente possumus, integras conservemus, & auctoritate apostolica eos ab iniquorum hominum incurfibus defendamus, de illorum salute non verè poterunt esse solliciti, qui sibi ad regendam Domino sunt disponente commissi. Hujus itaque rei consideratione, venerabilis in Christo frater Archiepiscopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam, cui Domino auctore praesse demonstraris, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Episcopatum Aquinatem, Episcopatum Veneranum, & Iernien. Episcopatum Teanen. Svefan. Calinen. Episcopatum Calven. Episcopatum Cajacen. Episcopatum Casertanum: In Capua Abbatiam S. Mariae Majoris. Ecclesiam Domini Salvatoris, Ecclesiam sancti Joannis ad Curtim,

Ecclesiam sancti Michaelis, Ecclesiam sanctae Mariae de Arcu, Ecclesiam sanctorum Apostolorum, Ecclesiam sancti Jacobi in Castello: In Diocesi Ecclesiae Theanen., Ecclesiam sancti Erasmi, Ecclesiam sanctae Mariae, Ecclesiam sanctae Helenae, & Ecclesiam sancti Nicolai, quae sunt in territorio Scarpati: In loco Baulani, in fontana de Corregis, Ecclesiam sanctae Mariae: In Diocesi Ecclesiae Svefianae Ecclesiam sanctae Luciae de loco Sorbelli: in Diocesi Ecclesiae Calinen. in Rocca montis Draconis Ecclesiam sancti Rufini, & Ecclesiam sancti Pancratii: in Diocesi Ecclesiae Calven. Ecclesiam sancti Andree ad Cimenta, Ecclesiam sancti Germaniad Palera, Ecclesiam sancti Tammari de monte, Ecclesiam sancti Pauli de Formello, Ecclesiam sancti Petri de Borlerano, Ecclesiam sancti Symmachi, & Ecclesiam sancti Erasmi de Mostardino, Ecclesiam omnium Sanctorum de loco Sanguinari: Ad Slavos Ecclesiam sancti Michaelis, Ecclesiam sancti Petri, Ecclesiam sanctae Mariae, Ecclesiam sancti Nazarii, Ecclesiam sancti Angeli de Jano, Ecclesiam sanctae Mariae: In loco Cammillani Ecclesiam sancti Angeli, Ecclesiam sanctae Mariae, & Ecclesiam sancti Nicolai: In Diocesi Ecclesiae Cajacen. Ecclesiam sancti Angeli de Melanito, & Ecclesiam sancti Petri a li Bagnatori: In Diocesi Ecclesiae Casertan. Ecclesiam sancti Viti de Ercole, Ecclesiam sancti Nazarii in campo Puzan. Ecclesiam sancti Petri ad Gossoli, Ecclesiam sancti Secundini, & Ecclesiam sancti Felicis: In Territorio Murone Ecclesiam sanctae Mariae, Ecclesiam sancti Felicis. Ecclesiam sancti Petri, & Ecclesiam sancti Stephani: Juxta ipsam Diocesim Ecclesiam sanctae Euphemiae, Ecclesiam sancti Joannis ad Gajannum, Ecclesiam sanctae Mariae ad Lupinum, Ecclesiam sancti Felicis, Ecclesiam sancti Prisci: In loco Casapuli Ecclesiam sancti Nicolai, Ecclesiam sancti Arisii, Ecclesiam sancti Petri de Sarzano: In loco Marzanisi Ecclesiam sancti Angeli, & Ecclesiam sancti Martini: In loco Camporcipi Ecclesiam sancti Casarii, Ecclesiam sancti Procapii, Ecclesiam sanctae Venerae: In loco Ainole Ecclesiam sanctae Julianae, Ecclesiam sancti Nicolai ad Ronulas: In Territorio Castellum ad Mare Ecclesiam S. Adjutoris, Ecclesiam sancti Marcelli, & Ecclesiam sancti Blasii, Ecclesiam sancti Stephani, & aliam Ecclesiam sancti Blasii, Ecclesiam sancti Joannis, Ecclesiam sancti Nicolai, Ecclesiam sanctae Severinae, Ecclesiam sanctae Crucis: In loco Cancelli Ecclesiam sancti Angeli, & Ecclesiam omnium Sanctorum, Ecclesiam sancti Joannis, & Ecclesiam sancti Apollinaris de Patrazzano, Ecclesiam sancti Georgii, Ecclesiam sancti Joannis de Turre, Ecclesiam sancti Viti, Ecclesiam sancti Petri, Ecclesiam sancti Nicolai, Ecclesiam sancti Martini, Ecclesiam sancti Castrensis, Ecclesiam sancti Martini de Rosella, Ecclesiam sancti Flaviani, Ecclesiam sanctae Barbarae, Ecclesiam sanctae Julianae, Ecclesiam sancti Andree: In loco Arnone Ecclesiam sanctae Mariae, & Ecclesiam sancti Blasii, & Ecclesiam sancti Paulini, Ecclesiam sancti Erasmi de Cazoli: In loco Grazzanisi Ecclesiam sancti Joannis, Ecclesiam sanctae Mariae, & Ecclesiam sanctae Maximilianae, & Ecclesiam sancti Nicolai. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Eccle-

Decretum immunitatis Eccle.

Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere; minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundò tertiove communita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Alexandri PP. EGO ALEXANDER Catholicae Eccl. Episc. Ego Ubaldu Offiensis Episc. Ego Bernardus Portuen. & sanctae Rufinae Episc. Ego Gualterius Albanensis Episcopus. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasiae. Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vinc. Ego Boso Presb. Card. S. Pudentiana tit. Pastoris. Ego Petrus Presb. Card. S. Laurentii in Damaso. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Marci. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Ceciliae. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Susanna. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Chrysogoni. Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carc. Tull. Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippae. Ego Vitellius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi. Ego Ugo Diac. Card. S. Angeli. Ego Laborans Diac. Card. S. Marig in Porticu. Datum Anagninae per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, Kalendis Martii, Indict. VII. Incarnationis Dominice anno MCCLXXIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae III. anno XV.

Cum solitis clausulis.

Alexandri PP.

S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 1. Martii anno Dom. 1173. Pontif. anno XIV.

Ex Tom. II. Monast. Anglican.

Exordium.

Eccles. hanc sub protectione Sedis Apostolicae recipiens;

obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo praefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariae de Lodeford cum omnibus pertinentiis suis, Locum S. Mariae, cappellam sancti Thomae Martyris, locum S. Mariae de Stechamstude cum omnibus pertinentiis, locum de Eradetuel cum omnibus pertinentiis suis, villam, quae dicitur Oberlawe, cum omnibus pertinentiis suis, terram quam habetis in Langeport, terram quam habetis in Waveduns, terram quam habetis in Saldene; duas partes decimarum de dominio ejusdem villae, terram quam habetis in Lechamstude, terram quam habetis in Westburt, terram quam habetis in Bedford cum quodam manso ante portam Archidiaconi, terram quam habetis in Selveston, decimam panis de domo Hamonis filii Manfelini, decimam panis de domo Wilhelmii de Brun, decimam panis de domo Wilhelmii de Lillingstan, domum quam habetis in Storhampton. Praeterea, cum commune interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sanè novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas praesumat exigere. Liceat quoque vobis, laicos vel clericos liberos & absolutos e saeculo fugientes ad conversionem vestram recipere, & eos absque ullius contradictione in vestro Monasterio retinere. Prohibemus, ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem sine licentia Prioris sui aliqua levitate fas sit, de claustrò discedere; discedentem verò absque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Nulli etiam liceat, vobis vel Ecclesiis vestris novas & indebitas exactiones imponere; antiquas vero & rationabiles consuetudines libertates & immunitates Ecclesiae vestrae vobis & eidem Ecclesiae vestrae auctoritate apostolica confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet: salvo nimirum jure illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obviente verò te, nunc ejusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione

Eidem bona omnia confirmat.

Nonnulla enlargitur privilegia.

Abbas et Monachi tantum spectare decernit.

Solite conclusiones.

LXXIII. Confirmatio universorum bonorum, ac privilegiorum concessio Ecclesiae S. Mariae de Luffelde.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Radulfo Priori sanctae Mariae de Luffelde, ejusdemque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurfus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae Religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis